



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Andreas Saussayus n. 21

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

21. AB ANDREA SAVSSAO *In Martyrologio suo Gallicano,* Laudatur  
in Ignatius  
Parente.  
*in Societatem, & Socios fusiō calamo encomia effundente. Ipso*  
*(inquit) die Sancti Ignatij Loyolæ Presbyteri & Confessoris*  
*gloriosissimi, qui singulari diuinæ bonitatis arcano Orbida-*  
*tus ac in lucem editus, imminentे tempore, quo aperto*  
*abyssi puteo, æternus pietatis hostis, tetra hæresēon caligine*  
*Solem Fidei Catholicae clarissimum obscurare, & per ferales*  
*Emissarios Christi Ecclesiam funditus subruere satagebat,*  
*excitus zelo Dei nouæ Militiae Dux, nouam in aduersam*  
*aciem, Societatem scilicet IESV, felici prorsus auspicio in-*  
*struxit; vel hoc ipso nomine, vniuersis inferorum copijs*  
*formidandam. Quam Regulæ sanctissimis præceptis Insti-*  
*tutam, Sedis Apostolicæ auctoritate munitam, diuina pror-*  
*sus sapientia regens, toto Orbe diffudit, aduersus impietatis*  
*cohortes, & fera peccati monstra perpetuo certamine bella-*  
*turam. Cuius Fortissimæ Phalangis victoriae, deuicta ferè*  
*iam ubique hæresi, Fide mirificè etiam apud Ethnicos pro-*  
*pagata, sepulta ignorantia, vindicata pietate, quocumque*  
*Sol lucet, latè patent: hisque trophæis ouans Catholica Ec-*  
*clesia, impensè Ignatio quotidie triumphanti, iamque cum*  
*Christo regnanti, gratulatur. Qui Sanctorum præclarè ge-*  
*stis animatus, tam mirandas res Christo auspice Lutetiæ*  
*Parisiorum aggressus, ipsi Christo IESV (cuius Nomen al-*  
*tè præcordijs infixum gerebat) immensam gloriam, Ec-*  
*clesiae perpetuum munimen, & commodum, sibi ve-*  
*ro sempiternum decus peperit. Hæc ille in Imag. cit. Ibi-*  
*dem.*

22. AB ERYCIO PUTEANO *Musarum delicio, & viroque*  
*amplissimo in Oratione de Purificatione Virginis Matris. Quod*  
*maius (inquit) Religioni Christianæ bonum patrum æuo ac-*  
*cedere potuit, quam vt, turbato opinionum dissidijs Orbe,*  
*viri prodirent optimi, doctissimi, sanctissimi, quorum opera*  
*& industria aurea virtutis renascerentur sæcula, & notio fer-*  
*uore Christianæ legis arcana inualecerent, nouo diuinitatis*

D d d 2 ponde-

Noua mi-  
litia in  
aduersam  
heretico-  
rum aciem.

Ipsis infe-  
rorum co-  
pjs formi-  
danda.

Phalanx  
fortissima  
hæresim  
denicent;  
& fidem  
ubique pro-  
pagans.

Cuius tro-  
phæis ouās  
Ecclesia  
Ignatio  
gratulatur.

Qui eidem  
perpetuum  
munimen,  
sibi decus  
peperit sē-  
piternum.

Iesuitarum  
opera aurea  
virtutis  
sæcula re-  
nascuntur.